to ut diem sabbati sanctifices · i · qui/
escas a talibus · Quarta plaga ē ci/
nomia · i · musca canina · Canes autem
non agnoscāt parentes suos Vñ per
talem muscā intelligunt illi qui inhu/
mani sunt parētibus ⁊ proximis su/
is · Hanc plagā sanat mādatum quar
tum · s. Honora patrē tuū ⁊ matrē tu
am · Quinta plaga fuit mors pecu/
dum · per pecudes intelligunt luxurio
si qui morant ī luxuria sua. Hāc pla
gam curat quintū preceptū · s · Nō me
chaberis Sexta plaga est ulcera ve
sice siue pustule siue subule · que defor
mant corpus ⁊ faciez hominis · Per
hoc figurat ira ⁊ tumores cōtra ꝓxi
mum · Hāc plagā sanat sextū mādatū
scilicz Non occides · Septima pla/
ga est grādo · que grādinauit ficꝰ ⁊ vi
neas in quibus est dulcedo Per gran
dinem ergo ītelligitur crudelitas ⁊ ra/
pina · per quam non miseretur ꝓximꝰ
Hanc plagā sanat septimū preceptuz
scilicet Nō furaberis Octaua plaga
est brucꝰ siue locusta que deuorāt her
bas omnes ⁊ fructꝰ · Per brucus ergo
significātur detractores qui mēdaci/
is suis quantum possunt deuorant ⁊
annihilant uirtutes aliorum Hec pla
ga curatur per octauum preceptū scz
Non falsum testimoniū dices ·

Nona plaga erat dēse tenebre · Om
ne autē peccatū pōt dici tenebre · sed
adulterium dicitur densez tenebre · qa
nulla iniuria magis ledit hominē uel
sensibilius q̄ adulterium uxoris sue ·
Hanc plagam curat hoc mandatum
Non concupisces uxorē proximi tui
Vltima est mors primogenitorum ·
Primogenita nostra sunt fides · spes ·
caritas · que nos filios dei faciūt ⁊ co
heredes xpi · Qui ēt habet fidem sicut
dicit Augustinus non cupit alienis re
bus fieri diues · qui aūt ocupiscit res
alterius non uult ut ipse habeat aliuz
heredem nisi ipsum qui cōcupiscit · qa
uult ei succedere in bonis suis. quia se
pe contingit q̄ feneratores puniunt
in heredibus suis · Tales autem occi/
dunt primogenita sua · i · fidē spem et
caritatem · quibꝰ deberent generari ut
essent filii dei spirituales · Hāc plagā
sanat hoc mandatum Non concupi/
sces rem proximi tui ·

De septem petitionibus ī pater nr̄
per quas excluduntur septem uicia · ⁊
introducuntur septē dona spūssancti

Capitulum septimum

	Liberari a malo	Spiritus timoris
Ista ad	Nō induci in tēptationē	Pietatis ·
presens	Peccata dimitti	Scientie ·
	Panem dari ·	Fortitudinis ·
	Voluntatem fieri	Consilii ·
Ista ad fu	Adueutum regni	Intellectus ·
tura	Nomē prīs sanctificari	Sapientie ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Octo beatitudies in euangelio
⁊ premia earum.

Paupertas spiritus.
Mansuetudo.
Luctus.
Beatitudies Esuries.
Exhibitio misericordie.
Mundicia cordis
Pax.

Octaua beatitudo
redit ad caput
Regnum celorum.
Possessio terre.
Consolatio
Saturitas
Adeptio misericordie.
Visio dei.
Appellatio filiorum dei.

Loquia domini eloquia casta. Septē petitiones sunt in oratione dominica per quas excluduntur septē uicia ⁊ introducuntur in mēte hominis septē dona spiritussancti. ⁊ septē beatitudines cōsequuntur. Hec est prima petitio. Pater noster qui es in celis sanctificet nomen tuum. Qui pater noster es. cuius nos filii. tu dominꝰ cuius nos serui. Confirmetur in nobis hoc nomen tuum. ut nos non possimꝰ desinere eē filii tui. Non enim potest esse bonꝰ filius nisi pater eū humiliet. Per hāc excluditur omnis superbia que dyabolum fugat. ⁊ introducit timor qui est inicium sapientie. Inde sequit prima uirtus. s. paupertas quam consequit prima merces. s. regnum celoꝝ. Secunda petitio est. Adueniat regnū tuum. Hoc est. Adueniat totꝰ mundus ad regnū tuum. Sic excludit inuidia. que est dolor felicitatis aliene. ⁊ itroducitur donū pietatis. Piꝰ enim nulli inuidet. omnibꝰ prodest si pōt. ⁊ sequitur secūda uirtus que miserando impetrat possessionem celestis regni. Qua beati mites ⁊c. Tercia petitio est. Fiat uoluntas tua. Quasi dicat. Opto ut sic fiant homines in terra. sicut angeli sunt in celo. ⁊ sic excluditur ira que impedit cognoscere q̄ sit uolūtas dei. ⁊ introducitur donum sciētie que docet equanimiter cōuersari. ⁊ inde sequitur tercia uirtꝰ luctus ꝑ peccatis propriis ⁊ alienis. ⁊ impetrat ꝰ solationem eternā. Quarta enim petitio est Panē nostrū quotidianū da nobis hodie. Hoc est omnem cibuꝝ q pertinet ad refectionem anime. ita excluditur accidia que est fastidiū diuini uerbi ⁊ ingredit donum fortitudinis. Unde propheta ait. Dormitauit anima mea pre tedio. confirma me in uerbis tuis. Et sequit quarta uirtus scꝝ esuries ⁊ sitis. hic in presenti de tēporali uel spirituali. ⁊ impetrat eterne beatitudinis satietatē. Quinta petitio est. Et dimitte nobis debita nr̄a ⁊c. ⁊ ita large scꝝ q̄ in dādo ⁊ dimittēdo debitum. excludo auaricia. ⁊ ita introducit consilium. quod est. Vade ⁊ uende ōnia que habes ⁊ da pauperibus. ⁊ inde acquirit quinta beatitudo que est misericordia. que impetrat misericordiā dei. Sexta petitio est. Et ne nos inducas in tēptationem. Et est maxime contra gulā. Vñ excludit gula ⁊ introducit donum intellectus quod est cōtra crapulā. Et sequitur sexta uirtus scꝝ cōtritio cordis. per quam dei uisio impetrat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Septima petitio ē Sed libera nos a malo·hec est contra luxuriā·⁊ sic exducitur hoc uicium quod meliores apostatat ⁊ etiam sapiētes·⁊ itroducitur donum sapiētie·quia qui sapo/rem huius gustauerit·a delectatōe lu/xurie elōgabit· Et sequitur pax q̄ in patria erit· Solet queri utrū septē dona predicta sint uirtutes·⁊ dicunt quidam ꝙ non·ymo sunt bona q̄ adiuuant homines ad faciendum bona opera uirtutū·ul' preparāt eos vt sint abiles ⁊ ydonei ad recipiēdum gratiam quam non habent·Sciētia enim ⁊ sapiētia ⁊ intellectus ⁊ cōsilium multum adiuuant uirtutes ad opa sua p agenda·Tamē dicit Aristotiles ꝙ scire parum aut nihil ualet ad bn̄ uiuendum·sed hoc iō dicit·quia scōm eum sciētia non est uirtus·nec facit hominem esse bonum·et ipse in predicamētis dicit diuersas species esse uirtutez ⁊ scientiam·Dicūt tamē quidā ꝙ illa bona non sunt uirtutes que pertinent ad speculationem·s.donū sciētie⁊ donum cōsilii ⁊ donū intellectꝯ ⁊ donuz sapiētie·sed sunt quedā bōa data hominibus·sicut donū prophetie·⁊ iterpretatio sermonū·⁊ genera linguaruz dona bona sunt· sed non sunt virtutes·quia multi mali prophetauerunt ⁊ sermones interpretati sunt· ⁊ diuersis linguis locuti sunt·Nos autē dicimus ꝙ omnia dona sunt uirtutes·q̄a scientia de qua minꝯ uidet' uirtꝯ ē in una significatōe · quia ꝑm hoc sciētia est uirtus eligēdi faciēda·ut fiant facienda·Alia āt sciētia qua scimus que sunt faciēda ⁊ que non faciēda nō ē uirtꝯ·sed sola electio faciēdoz · facit uirtutem· Timor āt quadriptitus est. Est enim timor naturalis · timor seruilis·timor inicialis· ⁊ timor filial' uel castus· Timor naturalis ē quo homo naturaliter abhorret sibi nociua scōm carnem· ⁊ hunc timorem hn̄t bruta animalia cōmunem cū hominibus· Timor seruilis est quo hō per rationē uidēs penā sequentē timet· et propter illā solā penā abstinet a malo non propter aliquē timorē iusticie Iste timor bonus est in se· ⁊ nō ē uirtus sed sepe uirtutē introducit · Iste autem timor seruilis habet duas partes uel duos comites·s·timorē humanum ⁊ timorem mundanū·Timor humanꝯ est quo aliqs hō timet pelli sue Timor mūdanus est quo aliqs hō timet damnū rerum tēporaliū·Isti aūt timores si ex natura surgunt. naturales sunt·si oriunt' ex rōne· dicuntur timores seruiles·uix tamen pōt contingere ꝙ timor mūdanus possit eē sine motu rōnis cōtra dānum rerū tēporalium · Si autē propter istos timores dimittat' bonum ut fiat malum·utiqz timor per accidēs mortale peccatū ē·

Timor āt inicialis est·s· quo ex vna parte timet' pena· ex altera pte amat' iusticia·uirtus est propter amorem iusticie· Timor āt castus diuiditur in tres partes·s·in timorem separatiōis ⁊ timorem offense. ⁊ timorē reuerētie

Timor separatōis est quādo non timet penaz aliquā· sed ex intimo amore timet separari a deo·sicut aliq̄ mulier habēs uirū honestū ⁊ benignum· pre nimio amore timet ne recedat ab ea Timor offense est quādo sine omni pena timet homo offendere deum·sicut aliquis habens patrem debilem nec potentē punire· tamen timet eū ne

offendat. Timor reuerẽtie est qñ ali
quis multam excellentiã alicui9 recol
ligit in se. ⁊ suã debitã subiectionẽ ut
se humiliet sub tãta excellentia. ⁊ iste
timor erit in patria. Q̃ ãt pietas sit
uirtus null9 dubitat. Sed uidet' ꝙ
pietas idẽ sit qd̃ mĩa. Item uidet' ꝙ
pietas tm̃ referat' ad proximũ ⁊ non
ad deum. Dicũt tamẽ quidã ꝙ pieta
tis donũ idem est quod iusticia. quia
in hoc precipue cõsistit pietas. ꝙ red
dit honorẽ deo ⁊ beneficiũ proximo

De dono autem cõsilii dicendum
est ꝙ consilium donum est datu3 ho
mini contra pericula huius mundi.
et contra pericula carnis et cõtra peri
cula dyaboli. Et ad hoc donũ perti
net cauere õnia pericula p̃dicta Que
ritur autẽ que sit differentia inter do
num fortitudinis ⁊ uirtutẽ fortitudi
nis? Constat enim ꝙ fortitudo ẽ una
quatuor cardinalium uirtutũ. ⁊ dicũt
quidam ꝙ in hoc solo est differẽtia
ꝙ fortitudo que uirtus est tendit ad
uictoriam. Donũ autez fortitudinis
facit patiẽter sustinere aduersa. Sed
ad presens non inuestigam9 utrũ di/
uersa sint donũ fortitudinis ⁊ uirtus
fortitudinis an idem. quia non mul/
tum refert an hoc dicatur an illud ad
bene uiuẽdum. Intellect9 autem ꝓuc
est donũ facit delectari in uirtutibus
angelorum ⁊ hominum. illasq3 facit
considerari. Sapiẽtia autem facit de
lectari in solo deo. ⁊ in his que soli9
dei sunt. ut in bonitate ⁊ dulcedine et
ueritate dei ⁊ in ipso deo. Vnde dici/
tur sapientia quasi sapida sciẽtia.

De tribus uirtutib9 theologie ⁊ de
quatuor cardinalibus uirtutibus.

Capitulum. octauum.

Reter hec autẽ oportet sacer
dotem scire ꝙ tres sunt uirtu
tes thologice ⁊ quatuor car/
dinales uirtutes Theologice uirtutes
sunt. fides. spes. ⁊ caritas. Fides est
uirtus qua illuminat' anima ad credẽ
dum prime ⁊ summe ueritati. Spes ẽ
uirtus qua erigit' anima ad summa.
ut honoret' a summa ⁊ prima largita
te. Caritas est uirt9 qua anima ĩflam
matur ad hoc ꝙ cõiungat' ⁊ adhere/
at summe bonitati. Et ad hunc vlti/
mum finem tendũt omnes uirtutes. ⁊
ideo dicit' caritas mr̃ omnium uirtu/
tum. quia ipsa mouet ⁊ trahit omnia
opera uirtutũ ad suũ finem. s. ut fina
liter quiescat in summa beatitudine.
Oportet ãt sacerdotem scire quid sit
credendũ ⁊ qui sint articuli fidei ut sci
at instruere penitentẽ ne maculet' spe/
cie aliqua ydolatrie. uel per sortilegi
um. uel per maleficium incãtationis.
uel per ueneficiũ herbarum ⁊ potionũ
de quibus postea dicet'. qa multi stul
ti sunt qui se talibus inquinãt. Opor
tet etiã sacerdotẽ scire ꝙ summa spes
est ponenda in eternis non in tẽpora
libus. Oportet etiam scire quoniã ꝑ
caritatem sit diligẽdus de9. ⁊ quo or
dine sint diligẽdi proximi. Necessa/
ria est etiam sacerdoti sciẽtia quatu/
or cardinalium uirtutũ que sunt. pru
dentia. iusticia. fortitudo. ⁊ temperã/
tia. ut sciat docere penitentẽ quõ per
prudentiam discernat inter bonum ⁊
malum. quõ per iusticiam declinet a
malo ⁊ faciat bonum per fortitudinẽ
destruat uicia ⁊ plãtet uirtutes. ⁊ per
abstinentiam precipue uitet gulam ⁊
luxuriam. Iste autem uirtutes dicun
tur cardinales quia omnes alie uirtu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf